

vius peccas quam judeus vel paganus, et plus punieris. si enim judeus peccaret sex peccatis et paganus similiter sex eisdem et christianus eisdem sex, omnibus aliis paribus, paganus eternaliter punitur in inferno, judeus gravius, christianus multo gravius. Die zweite Thomaspredigt Sanct. 55, 1 handelt eingehendst über den Glauben, dessen Sicherheit usw. und berührt auch die guten Werke in dem Vergleich 56, 1: quantumcunque magnus et bonus artifex inutilis est sine instrumento, ut faber sine ferramentis, nauta sine navi, sartor sine forfice et acu, miles sine armis et clipeo nil valet in bello etc., ita fides sine operibus. Der Glaube ist jetzt schwach, Sanct. 197, 2: modo est parva fides. faciliter enim perdunt homines fidem in clavibus Ecclesie, si vident aliquid sinistrum in ministris ejus. multi statim in fide titubant, cum aliquem judeum vel hereticum audiunt fidem suam commendare. — *Gott* wird mit dem Euphrat verglichen, Domin. 139, 1: Eccli. XIV (24, 36): qui implet quasi Eufrates sensum. cum Eufrates egreditur, implet omnes alveos, quos invenit, et Deus omnes sensus. et sicut, qui teneret mille vitra in sole, omnia illuminarentur, sic omnes sancti a Deo illuminantur et dulcedine replentur. Den Sündern scheint *Gott* hart, Spec. 80, 1: sed dicis: ‚durus est Deus, quod sic eternaliter hominem punit‘. respondeo, quod non, sed homo peccator durus est Deo et crudelis sibi, et creatori nimis infidelis, et Dei ac omnium sanctorum et regni celorum supra omnem humanam estimationem nimis temerarius et nequam contemptor, qui unum granum parve sinapis, immo non centesimam vel millesimam partem grani sinapis, id est, unicam delectationem peccati mortalis, eis omnibus preponit. Sanct. 94, 1: sed dicis, o peccator: ‚durus est Deus‘. respondeo, quod digne, quia tu durus, crudelis, miser et vilis es, nimium immo durior omni creatura, tu solus peccator et diabolus, nam omnia alia aliqua arte vel modo molliiri possunt, tu vero nullo. Sanct. 27, 2: sed dicit aliquis: ‚videtur, quod Deus nimis dure et injuste agat, ut pro brevi sive temporali peccato hominem eternaliter puniat, scilicet pro peccato trium annorum etc.‘ respondeo etc. Domin. 8^b: tam sevus erit peccatoribus tunc (in die judicii) Deus, ut potius vellent esse in inferno quam coram illo comparere. videtur eis tunc ex nimia severitate quasi *furiosus*, quia in nullo eis compatiens, penas intolerabiles infliget eis. item tam sevus, ut omnes creature